

cantium stragem, & non habere ex criminibus timorem.

13 Postquam securi valida aquarum jugulatus est Pharaon, cum toto ac miserabili exercitu, in maris Rubri infelicissimo transitu; duxit cadavera in ripas, ut oculis etiam ostenderetur uti testibus calamitas. Prædixerat Mercurius Trismegistus ad Asclep. ubi inquit: *Torrenti sanguine plenus ad ripas usque erumpet, undaque divina non solum polluentur sanguine; sed tota rumpentur, visisque multo maior erit numerus sepultorum.* Claudian. in 4. Consul. Honor. à v. 628. Floridè, etiam aliò, concinnit: *Fluitantia nunquam Largius Arctòis pavore cadavera piscos.*

Herm. Trimeg.

Claudian.

Exod. 14. 31.

Verf. 23.

Salvari in ter percuterit, prædignum diuine benignitatis.

Quòd demùm gloriabundi & felices gestant in litore, dum alij iacent à fluctibus inter fluctus suffocati. Merito cordibus ingeritur timor, excitatur pavor ex tanti reflexione periculi; quippe saluari, fuit miraculum graude.

14 En Ægyptiorum infussima clades: consideretur infelicitatis fomes. Filij Israël miraculo maris æstantis cesserunt fluctus; sed Ægyptij impetuose, ac consilio præcipiti, ingressi sunt post eos. Elucet rabies peccati usque ad insaniam; & vadit, imò currit in penam: igitur furor impulit, & animos phreneticorum adegit, periculum temerariè adire, ex quo non poterant egredi. *Ingressi sunt post illos; & devorati sunt, quoniam post illos ingressi.* O fatuatis! Timere debebant mare, & in illo spem nullo modo deponere. Timere debebant Deum iratum, & quod volebat morte punire flagitium. Timere debebant propria peccata, quibus præcipites propendebant in supplicia, quin sperarent saluari, per quæ ius erat confundi: iacentque sub falce mortis, obstricti flammis æternis, patientesque dolose expectationis discernens quia collocarunt spem, ubi debebant timorem. Post vulneris oblivionem, mentisque caliginem, uti vidimus num, qui mori à colubro incidunt in rabiem, in tremorem, & in necem. Haudquamquam in sine vitæ timerent, si prius timuissent: sed prolapsi sunt in rabidam mortem, quia spe evadendi foverunt criminis rabiem. Patet in ipsis suffocatis Ægyptijs. In medio maris, subversis curruum rotis, priusquam iangerentur divisi fluctus; mutuo dixerunt: *Fugiamus.* Serò accessit pœnitudo, & discriminis cognitio: igitur proxima vindicæ criminum morte, non erat locus, quàm voluerunt fugere.

Ubi sup. Præcipitiæ cæcitate peccatoris.

Spe perit.

Verf. 25; Seròque cogit.

15 Bona expectanda à bonis & mala à malis: equidem criminum malitia supervacuè sperat bona. Spes est, uti canit Bagnot. in loc. cit. Regul. *Si mens percussa timore Subiectum ante oculos Nymen habere solet.* *Si pœnas, Stygio cruciantur qua sumine fontes Cogitat, & quicquid pallidus Orcus habet.* *Si memor est quantis erimus super astra beandi Doribus, & quicquid lucidus axis habet.*

Gabr. Bug.

Errant

Errant enim peccatores, commutatis expectatione & formidine; simulque officijs memoria. Hac de causa SS. Benedictus, quò dudum, inquit: *Oblivionem omnino fugiat, & semper sit memor.* Quod videtur Tautologia, est insignis utilissima doctrina, ut convertentur ad cor, quorum vanissimum est: equidem si spes inest observantiæ legis, timorque peccatis; ut inimicus prævaleat in morte, utitur munerat horum affectuum insidiosissima fraude: quandoquidem reus spei tantum recordatur, sed timor obliviscitur. *Reddite (ait Paulus) cui timorem timorem: cui bonorem honorem.* Ab improbis fontibus pervertitur ordo. Datur peccatis honor, cum debeat timor: effectusque pravæ conscientie atque tranquillæ videtur; igitur in æternum in spe peccantem recipit Orcus, quia non est timor Dei ante oculos eius. Malum est: *Illud ultimum venit* (ait Seneca de Tranquill. lit. cap. 2.) *ut fidem tibi habeas, & rellà ire viâ te credas, nihil advocatus, transverfis multorum vestigijs, passim discurrerentium, & quorundam errantium.* Hæc est via que hominibus videtur recta, morteque errore manifestant novissima. Pax hæc non est pax. Pax peccatoris, sicut quidam tremor etiam tranquillæ maris: subdit idem ibid. Non potest esse verè conscientia tranquilla, & vulnerata. Nequeunt esse simul felicitas, & calamitas. Via recta sanè per legum custodiam, ita ut stulti non errent per eam. Cœlestia (inquit Lucretius, 6. de Rev. nat. à v. 75.)

S. Bened.

Timor Dei semper habendur.

Rom. 13. 7.

Senec.

Lucret.

Simulacra feruntur In mentes hominum, divina nuncia formæ: Suscipere hæc animi tranquilla pace valebis.

DIDASCAL. III.

Qui stolidus, insulis dignitatis stultissimus.

1 **D**ocet, prohi dolor! experientia quotidie, vel expositis tolerantiæ, vel cachinni solutione: equidem si Ipien crispatur in risum, oculi pruciant in stecum. Aptè inter locos à Gaspar. Dornavio (2. p. Amptitbeat. tit. Stultitia) de quodam huius furfuris bipede, parco, petæce, insolente, maledico, sed summe stolido, dicitur,

Descriptio Præditi dignitate fatui.

Omnia radit, nihil reddit, Cuncta ridet, cuncta rodit; Caterum in cunctis rudit.

Dornav.

Ingeniosè profecto & eleganter. Obijcitur speculum Nabal, de quo dicit etiam eius uxor Abigail: *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Quorsum diversis vocabulis idem iterat? Ut constet in stulticia albis præcordijs excors quam insipidus erat; quem etiam conitux excusate nequibat. Stultus est qui mente, atque syndere in directionem captus; quia prudentia ac phrenesi destitutus. Si in stulto stulticia non cognitio, est stulticia cum eo; quippe regere haud valet, & regi renuit: diciturque Nabal stolidus & stolidus, stupidus & stupidus; quippe in stulto cum stulticia ignorantia, stultissima stulticia.

1. Reg. 25. 25.

In stulto stulticia ignorantia, stultissima stulticia.

Quodque mali caput est, tam sum miser, ut miser ipse Cum sim, me miserum non tamen esse sinam.

Bibl.

Succinot Jacobus Biblius in *Antbolog. sacr.* Hæc sanè studium expellens prudentia formam, est scire prudentiam atque doctrinam, errorisque & stultitiam: equidem errore perspicuo, ita mentis infatuatio; ut stultus stultè male profectui errorem, quàm noscere fatuitatem. Docetur, dirigitur uti stultus, & indignatur de directione uti fatuus, addictus risibili abderitico proposito: tuncque est stultus & stulticia cum eo; quippequam videt prudentiam atque doctrinam, & sequitur desipientiam. Quod erraret stultus, non esset novum: novum utique pro prudentia in errores studium: primum quia non novit, deinceps, quia placuit. Unde cum sit mentis stupor, qui placet error; est cum stulto stulticia, cum morione desipientia: quandoquidem ex cognitione & non cognitione fatuitatis, sunt errores in errores. Vide dicta Tom. 4. T. 6. D. 5. & T. 7. à num. 4. Hoc insipientiæ obsequium, quippe erroris tenacitas desipientis studium; quin malo sapiat, nec desipientiam cognoscat, quantumvis per omnia rudat.

Eccle. 14. 17.

Errat in errore.

2 Pingit suis coloribus Greg. Magn. lib. 2. in 1. Reg. cap. 3. *Deterius nesciunt, quanto sibi cognitionem arrogantius ascribunt.* Eò namque agitur, ut quod scire debent, periculosius nesciant; quòd id, quòd se scire existimant, nescientes discere non curant. Duplici sanè stulticia stultescunt, & quia stulti, & quia stultos se non noscunt.

Gregore Magu.

Ca4

Ov.

Captivum, Line, te tenet ignorantia duplex: Scis nihil, & nescis te quoque scire nihil.

1. Tim. 3. 6.

Uti canit Ovven. lib. 3. ult. Epigr. 59. Frequentur hoccine ridiculo vitio pruriunt neophyti, in superbiam & arrogantiam elati; ut in diaboli iudicium incidant, & homines iudicium sine sensum risu deserant. Quis non achiogelus, dum apparet stultus insulis dignitatis refatuatus, qui dicit mira de lente? Quid non effutiet de cicere, de bobus volantibus, hominibus quadrupedibus?

Horat.

Delphinum siveis appingit, subitibus aprum.

Quam nugaces! Caterum desipientia deaurantur insulis, vel non audiuntur dignitatis crotalis, resonantibus in cerebro, tanquam in tympano. Aliquando tacent, ut silentium sit mysterio, & cogitentur altissimae de altissimis cogitatione: eventusque constat, praesentem, laruisse pro illoque, taciturnam fatuitatem; igitur illa studiosa inurbanitatis auctoritas, cunctis innotuit mera cerebri stoliditas. Turtur cantat, sed nimia cura, ne rudat; verum promit iuxta conditionem latentem rudatum, dum magis satagit flare auctoritati viti eloquium; haud iuxta prudentiam mentem, sed iuxta insensatam cerebro vagantem cogitationem. Hi non sunt homines, sed miraculum hominum, desipientes ineptiis usque ad miraculum. Per illos, ut ait Horatius de Arte, v. 227.

Conditiones stulti Praesentis.

Quicumque adhibebitur heros, Regali conspectus in auro nuper ostro,

Idem.

Migrat in obscuras humili sermone tabernas.

Pulsatur aut palmam, aut indice frons, & ecce plusquam Salomon hic. Incedit privilegio bipes, & vultu ac habita surgit Aristoteles. Qui morologus decubuit, Plato surrexit, magis stolidus, quia phantasticè à se cogitatur sapientissimus.

Eccles. 7. 24.

3. Quid erga insipientem, dum praesumptio deturpavit Salomonem? Cuncta in sapientia tentavit. Quid ergo dicit qui nec literas novit? Eadem cogitatio utriusque, sed illius ex erroris respicientia, huius verò ex phantastica arrogantia. Dixi, Sapiens efficitur, & ipsa sapientia longius recessit à me. Hic sapiens, ille insipiens: & longius à sapientie sapientia recessit, dum sese sapientem cogitavit; ut liqueat ipsa sapientia ab insipiente, quam longe: igitur si praesumptio sapientem constituit stolidum; insipientem efformabit stultissimum. Dum sapientia recedit, stultitia se prodat. Patet. Ubi, Sapientia recessit, Hebr. legitur: Profundum, profundum. Quomodo, si recessus sapientiae reddidit ineptum, & ex abyssu profunditatis, cogitatur altissimè subtilitas cognitionis? Qui arrogat sibi etiam incognitorum scientiam, demonstrat huiusmodi veritatem inconcussam: equidem cum stultus praeterea cogitat verba mittat; exprimit stultissimè mentis frigidam ineptitudinem, dum sibi videtur dicere abstrusam profunditatem. At unde huiusmodi super insatiabilem infatuatio? Ex perturbato vanitate cerebro. Dixi, dicit. Stultitiaque claret, quia cogitat esse sapiens, quippequam dixit: & cum dicat (quia dixit se esse sapientem) materia incognita non solum cognoscens, sed penetrans; pro subtili acuminis cogitata phantasticè cognitione, expandit totam vacuitatem cerebri: unde dum vult videri, quia sibi videtur singulariter disertus, ex stulto videtur ut stultissimus. Deinde: Dixi, Sapiens efficitur. Etiam praesumptio est: equidem Non omnes sapientia professores sunt sapientes: inquit Petrarcha, Petrarch. lib. 1. Dialog. 12. crescitque stulti arrogantis vanitas, dum blanditur per colores literarum stoliditas: quandoquidem quia dicitur, sapiens efficitur & in summum; vel sine levi professione literarum. Si per literas sapiens nequit effici, quomodo efficitur? Dignitate. Debet hac conferris dotibus, virtuti, scilicet, literis, atque prudentiae: contulit fortuna stolido: illique ingeritur cunctarum dotium praesumptio; quia quod debet studio, professioni, literarum incumbentiae, stultè indignus attribuit dignitatis dignitati: quasi nempe muneris collata merita; quando ut videretur fuisse, voluit ludere fortuna. Vide Tautolog. 9. à num. 12.

4. Hinc in gnomis dicit: Exaltat stultitiam suam. Prius erat stultus, sed indignatus: modo per dignitatem & stultitia & stultus habent exaltationem; tum quia à fortuna stultitia in altum tollitur ut à cunctis cognoscatur: cum quia stultus, sibi disertus, inflatione dignitatis elatus, dum scientiam sententiarum indicat, magis ac magis sublimem stultitiam manifestat.

Dumque cupit tali gestorum extendere famam

Hebr. Magis stultus, dum cupit videri doctus.

Petrarch.

Et sibi videtur, quia videtur sibi.

Prov. 12. 29.

Ach. Boc. 4. ch.

No.

Stultus dignitate plus exigitur.

Sueton.

Et cuncti derisat.

1. Tim. 3. 7.

Unde in manar commendatio.

Horat.

Nomine, corrupti.

Ait Achill. Bocchius, Symbol. 66. Claudius non fuisset tam hebes cognitus, nisi per ludibrium à fortuna in dignitatem imperatoriam assumptus. Illum dedecoravit, dum in thronum evexit: igitur contulit dignitatis culmen, ut ostentaret stultitiam latentem: & ille dum gestis cupit extendere famam, insigniorem orbi designavit insipientiam. Vide notata in Liter. n. 21. subditque Suetonius in illo, cap. 4. dixisse Augustum: Praebenda materia deridendi & illum & nos ne quid faciat, quod conspici & derideri possit. Aptè: si conspiciatur elatus, proculdubio deridendus: equidem cupiet fatuus se monstrare sapientem; & magis constabit munere socordem esse & veecordem. Huiusmodi exaltatio stulti, saepequam materia deridendi. Ille deridebitur, & nos & dignitas, modo videatur in stulticia maiestas: igitur auctorata stulticia (egrius intolerabilis, quippe insulis auctorata) est ludibrium electi, & electoris, & decoris dignitatis.

5. Iccirco Paulus dum de eligendo in dignitatem disserit, ita proprium iudicium exponit: Oportet illam & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt, ut non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Bonum testimonium est omnino necessarium, ut non despicitur dignitas, & dignitatis auctoritas; equidem deciduus splendor muneris, cognita indignitate possidentis. Pallefcit honoris vitior, nisi assumpti in honorem cognoscatur splendor, ex dotibus ortus praelatis, pro commendatione auctoraminis honoris. Non fat testimonium, sed debet esse bonum: Testimonium tantum est, dum dignitas aptatur ambienti: bonum, dum electus convenit dignitati. Testimonium tantum electio signatur: bonum, si dignus eligitur: debetque assumendus testimonium bonum habere, quum electus collocatur in dignitate; quippe indignus estimandus in honoris ministerium, qui duntaxat pra se fert stultitiae testimonium. Ita eligendus muneri, ut non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. In laqueum diaboli, quid? Eligi, qui stultus est: laqueus diaboli vanitas est, & arrogantia; qua stultus se ignorat in stulticia.

Qua nescire, pudens pravè, quam disscere mavult. Sed non cogitat nescire fretus honore; Tom. V.

ficcineque stolidus inhibetur eligendus; quia fraude demonis, plenus stupiditatis, morologus & stultus, insipidus & ineptus (quia corde dixit, atque somnians phantasticè cogitavit) sese arbitratur profundissimè sapientem, per collatam indignè à fortuna dignitatem. Per istiusmodi diaboli laqueum, cadit pappellatdas in opprobrium: equidem cum stultus loquatur fatua; dum magis extollitur, exaltatur insipientia, quia loco acuminis sensus, ex fatuo fit insatuatus, credens se repente doctum; quippe assumptus in dignitatis fastigium, sine ulla muneris dignitate, nec clari honoris honore: quandoquidem vecots expectans ex fatuis plausum; assumpti, assumentis, & etiam dignitatis patet opprobrium.

Stultus h. nore confert meritis stultitiae.

Est opprobrium dignitatis.

Prov. 3. 34.

6. Astruit Salomon, Stultorum exaltatio ignominia: inquit. Gloria exaltationis opponitur ignominiae: ignominia honoris commendationi: quo ergo pacto erit stulto ignominia, quae in alijs & alijs celebratur uti gloria? An quia quum stultus exaltatur, gloria dignitatis opprimatur? Utiq. Dignitas decoratur per electum honoris dotibus dignum: decurpatur per allumprum insipientem indotatum. Unde cum fugiat auctoritas; sine auctoritate propudium, quod erat dignitas. Ignominia sanè muneris, etiam ex stulticia exaltationis: etenim cunctorum ludibrium, expectare propter culmen dignitatis hominem dignum & doctum; ac invenire asinum insulatum, ineptè debacchantem splendore fatuitatis, dissimulatione & securitate honoris. Indignissimum inter mala verba (ait Barclaius in Euphorm. p. 1.) sublimissime, vultu gravi, ore ad antiquorum maiestatem composito, pendè ad ridiculam controversiam moveri, ut severitatem iudicantis non servaret. Adjuvabat Praefes fatuus, ridentibus lachrymis. Patiendum, fatuos conditionem suam ignorare. Sint suo iudicio prudentes, nec cogamus & vitium eos & vires agnoscare. Conditionem propriam stultus nescit, & duntaxat dignitatis agnoscit, qua tunc liberèque valerè despere, quia desipit dignitate; sese ignorans, simulque sui ignorantiam ostentans: eiusque exaltatio in thronum merito ignominia dicitur; quia dum se non cognoscit, per ignominiam cognoscitur: igitur qui pridem nesciebat an stolidus, à cunctis cognoscitur stultissimus. Minuitur, dum cupit videri maior. Quò plus excellit, exaltatio-

Barcl.

Est dignitas gloria, illi ignominia.

Ppp

26

ne fit minor. *Stulti ea qua sibi sunt noxia capiunt.* Clare noxium, vacuum ostendere cerebrum. Hispan. *Es querer mostrar en el puefio, quan necio es. No-cent qui optant. Illorem amor male do- cet;* in fit Senec. *Epist. 94.* Optant nocendo ludico amore sed male; quia occipit arrogantia terebratum impellunt in precipitum: ita ut deorsum ignominiose ab honore projiciatur; cum nequaquam vel in ipsa exaltatione exaltetur.

7. Est qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime: Si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum: subdit Sapiens. Apposita, *Apparuit:* subdit delinquit, quippe quid tunc, quod stultus esset, vel non esset? & elevatus in sublime dignoscitur, qui in privata fortuna, uti nihilo, occiditur; quoniam in dignitate per opera & verba facta, morologia manifesta. *Postquam elevatus.* Quare? Dicit Seneca, *Epist. 59.* *Adulatio infatuat.* Quicquid adulatio congestit, premium discretionis cogitavit, esse mendacium cognovit: unde cum ademisset mentem adulationis studio blandimen; apparuit in exaltatione stultus, qui in dignitate a dignitate infatuatus; homo cum in honore esset; non cognovit se esse hominem obnoxium errori, maxime exaltate philantia: claret in sublime stolidi desipientia, & etiam elligentia ignominia: equidem in sublimi dignitate quantus erit; si qui non stultus, stultus in exaltatione apparuit? *Si intellexisset, ori suo imposuisset manum.* Ideft, stultus fileret; quippe per os apertum, discretionis clausam ostium, & usf au abusu linguæ evanuit medulla cerebri: ab ore retraxit insipiens manum, & deprompsit elevatus sine iudicio iudicium: equidem os aperuit, & fatuissimus apparuit, quia se stultum ad munus non intellexit. Honor fatuo confert adaciam, & ostendit stultitiam; qua de causa ut verbum præceps exire è pectore possit; manum stultus ab ore removeret: & in sublimi tunc stultus apparet; quippe blaterat ultrò citòque in honore, qui sine honore, nec aunderet hifcere.

8. Aliter legit Caietanus Si viluit: alij, *Siluit, cum exaltatus.* Er cum dicit, & cum tacet, est stultus. Dum loquitur, proferens mentis vacuitatem, & deturpatum honorem. Dum fillet, quoniam indulget: etenim ut possit sublimitatis continuare gloriam; prætermittit subditorum, peccatorum insolentiam, pla-

cens improbis vulnere legis, quantunvis morum corrupreлам intelligat, ut inter exleges sine lege bene audiat. Vernacule: *Deben juzgarfe en el puefio dilates, bacerse bien quifto á quenta de la obfervancia de las leyes.* Intellegitur modo illud Davidis. *Universa vanitas omnis homo vivens.* Quorsum *Vivens*, si dicitur homo? Ut stulti clareat intuitus, quum illius fit in honorem exaltatio. Duntaxat incumbit commodo, tametsi corrupti floreat mores, sintque sine viodice leges: equidem dissimulat quanlibet esto gravem relaxationem, modo subditos fovendo, honoris amplectatur vanitatem. Vividius dialecto nostratum: *Por sustentat sin consideracion su vanidad, tira á vivir sin consideracion.* Vanus utique in sublime & in vanitatem vecors est; si omnis iniquitas oppilavit os suum. Stulti, aliquando sapite. *Universa vanitas omnis homo vivens.* Fatua & fatui profecto vita in honore, si duntaxat vivitur vanitati. *Vanitas.* Rupertus legit: *Vacuitas.* Perproprie, ut liqueat quid stultus exaltatus: equidem quicquid vacuum semper vanitate plenum. Vulgo dicitur: *Comunmente se vé vano, quien es un vaso vacío.* Ratio subest: vacuitas in stulto dotium, efferat per arrogantiam folliculum vanitatum. Vanitas est, homo vivens vanitati, igitur qui nihil & nihilo, à se iudicatur homo, dignus honore, verum fatuus in sublimi: fatuus & infatuatus à sublimitate in folio; quippe non à scientia est inflatus, sed à vento. Nemo interrogat, quomodo literas scit, cum non didicerit. Est in sublimi, dignitatem habet. Scium subditi in risum, quia scit omnia; & non est opus illi, ut quis interroget. Quo pacto posset esse in dignitatis gloria, sine scientia à dignitate iniufa, & rei cuiuslibet vel leviuscula ignorantia? Scit dispositionem orbis terrarum, virtutes elementorum, initium & consummationem & medietatem temporum, permutationes vicissitudinum, anni cursus & dispositiones stellarum, naturas animalium, iras bestiarum, vim ventorum, inclinationes hominum, differentias virgultorum, virtutes radicum, & quæcunque sunt absconsa. Adi seq. *Tautolog. n. 18.* Ipse quantunvis ineptus, in sublimi claret autodidactus, scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes, ut corruat citius antonus è fastigio dignitatis,

Pfal. 38. 6. Dissimulat leges fr. 3. Est, ut eius subsistat dignitas.
Vanus & vecors.
Joan. 7. 15.
Sap. 7. 17.
Caius cerebrum ventu plinum.

Caietan.

Horat. *Infans qui inter verare infans haberi.*
Horat. 2. Satyr. 3. v. 39. Diximus in *Liter. à n. 4. & Tautolog. 1. D. 3. T. 2. D. 4. n. 14. T. 3. D. 6. à n. 2.* quæ verideri segete opima. Felicitiora, si falsa. Ergo in textum principale.
9. Stultus dicitur elevatus in sublime. Quorsum in sublime, si stultus præsupponitur in ipsius dignitatis elevatione. Quis non in sublime elatus, dum in fastigium dignitatis electus? Scultas. Assum sibi in cacumen honore videtur, & tunc magis præceps ignominiose deicitur. Vel depreffum dignum honoribus levant dotes: in sublime elevatum stultum deorsum præcipitant fatuitates: & dicitur simul sublimitas & elevatio; ut appareat quid sit honor vel sublimior in stulto: equidem cum sit opprobrium dignitatis, vel in ipso articulo elevationis; dum sibi videtur sublimari sursum, pondere fatuitatis elevatur deorsum. Stans cadit: manens corruit, & sublimis iacet; quia sine honore in honoris munere, sine dignitate in dignitate, & in fastigio sublimis sine signo exaltationis. Mira res! Non est elatus in honorem stultus, quippe elatus in honore. *A pulmonis inflammationis* inquit Hippocrates 7. *Apborism. 12.* Ex pulmonis tumor, ex stultitia errot: qui quidem ex defensione nocuit; quoniam stulti errantes ex inflammatione fiunt phrenetici, quin ineptias & errores cognoscant, quantunvis exspitent, & usquequaque impingant. Decorous nullus sensus: insilunt namque potestati, sitque consilium & nauci & flocci.

10. Misertum est aliene incumbere fama.
10. In cunctis stultis huiusmodi phrenetidis & infatuationis periculum; sed potissimè in his, in quibus pulmonis inflammatione corruptum cerebrum, ex quo reprobus sensus, quin cognoscatur inflammationis vulnus. *Dicentes se esse sapientes stulti facti sunt.* Sufficit consilia exire à cerebro perstufo, ut nulla sit vel errorum revocatio, cuius decreta nequaquam in regimen, sed in inextricabiliorrem errorem, quo nullo in ordine ordo, cum regimen sit pro lubito; & cum stultitiam cerebrum pervacuum sit; arrogantis dignitate (ut subdit Horat. ubi supr. v. 75.)
Putidius multò cerebrum est.
Tom. V.

Revocare Præsidentem ab huiusmodi corruptissima stulticia, intendit N. SS. Patriarcha, *Regul. Sancti. cap. 63.* *Non conturbet* (inquit) *gregem sibi commissum; nec quasi libera utens potestate, iniuste disponat aliquid.* Ita sapiens Præsides. Quid insipiens? Tenaciter ad exitum consilium perducet. Paenique canet; tametsi non solum gregem, sed totum orbem conturbet: equidem violentia ultima ratio Præsidentum in stultissimum fatuitatis votum; quatenus quod nequit virtute legis & tenore rationis, fiat & extemplo de plenitudine liberæ potestatis. Hac de causa Ethnicus in eadem ara *Violentiam* poseverunt cum *Stultitia* (adi Chartar. in *Mercur. fol. 203.*) quandoquidem dum Præsides foveat uti vecors stulticiam; impellentem & ministram habet in fatua violentiam. His imaginibus etiam addiderunt *Necessitatis* imaginem, ut subditorum prudentiam, phrenetico Præsides, demonstrarent laborem: igitur vel summam excedit penam, quum necessarium fatui audaciis tolerare stulticiam, vel violentiam. *Expedi magis urse occurrere raptis factibus, quam fatuo consistenti in stulticia sua;* de quo alibi. Quis placide ferret Valerianum non solum imperantem, sed legislatorem? *Erat stolidus & multum iners* (infit Goltzius in eius *Vit.*) *neque ad aliquem Reipublicæ usum, aut re aut consilio accommodatus.* *Censor fuit: Romanis item leges tulit.* Hoc imperij vulnus, quòd moderaretur stolidus, & leges ferret, qui non solum leges, sed nec literas novit; verum pro ampliori commendatione insignis stoliditatis, voluit haberi homo insignis. Vocum Quintilianii audiendum de huiusmodi Reipubl. prædagogis. *Hoc amplius* (inquit lib. 1. *Institut. cap. 1.*) *ut aut sint eruditi plane; aut se non esse eruditos, scient. Nihil enim peius est isti, qui paulum aliquod ultra primas literas progressi, falsam sibi scientiam persuasionem induerunt.* Hoc peius? Adhuc peiore maius. Ultra malum serpit: indignatur itaque doctorum non haberi; qui nec literas, nec literatam novit.

11. Perscrutemur insigne testimonium. Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius: me minavit in tenebras & non in lucem: dicit ex persona stulti Præsidentis Ieremias, ut liqueat subditorum afflictorum calamitas: unde Sanctus hic *nam. 4.* *infit: Hic modus loquendi aliquid indicat non vulgare.*
Ppp. 2. Pec.

Dum elevatur, deicitur.

Quia phreneticus infatur.

Iavencal.

Rom. 1. 22.

Et consilia furens despiciit.
Horat.

S. Bened.

Stultitia est violentia & necessitatis.

Prov. 17. 12

Goltzi

Præfes scioia, & peiora.

Quintilla

Thren. 3. 44

Sanct.

Ph.

Perpente totam periodum, nec invenies ullum in vocibus sensum. *Ego pendulum est, nec definit, sed cadit. In virga indignationis.* Quid assercionis? *Eias.* Relativum plane sine antecedenti. Profecto huiusmodi stylus indicat aliquid singulare. Verum quid? modum loquendi, stulti scilicet, qui nescit loquendi modum: siquidem verba inordinata indicant stultitiam, cum nesciat loquens efformare orationem perfectam. Noltraes: *No sabe haec una primera de adiva.* Hocine necessarium in expositionem testimonij, ut eluceat, quo luceat, stoliditas stulti. *Ego.* Prima persona est, & dicit: *Ego.* En infusa vanitas fatui vult esse prima in cunctis persona, cum nesciat loqui, sed verba & verba sine sensu effudit, nesciens quid dicit. *Ego vir.* Vir sumitur non solum pro homine sed pro homine insigni. Liqueat fatuitas, etiam dum stultum defendit Superioritatis auctoritas: igitur viri insignis desideratur plausus & magnitudo; quum adhuc petas verba dubitetur an sit homo. *Videns paupertatem meam.* Paupertas in conditione hominis, est desidia morosa mentis, literarum ignorantia, inhabilitate ad munia. Vulgo: *De corta capacidad: un pobre hombre: raro trasto;* quasi prudentiam tedium, & colloquuntium fastidium. Loquitur, sed fideatur; quia pauper homo cognoscitur: imò ipse cognoscit, verum honoris auctoramen habet: & indignatur, hand adipisci nomen, & doctoris celsitudinem; vel dum ipse propriam videt in literis paupertatem, quandoquidem ita stupidus, ut præmittat concordantiam in vocibus. Qui vir, magnus est: homo pauper non est magnus: & videns paupertatem propriam, indignabundus arripit muneris virgam; quasi per muneris dignitatem, possit obtinere elevationem, manifesta stulticia ex vanissima phantasia: equidem cupit videri homo magnus literaturæ divitijs; cum iaceat ad ianuam templi ex miseria paupertatis. Singularem acuminem Hispano idiomate: *Pobre, pobre pretende, le tengan por hombre grande; siendo un pobre hombre.*

Conditio id est a stulti.

Eius lesa phantasia.

12. Ulterius: *Videns paupertatem, in virga indignationis.* De quo indignatur? De irratione propoliti; quippe, quia non potest lege, libera cupit uti seu abuti potestate. Nequit ratione defendere stupitatis insolentiam, & dignitatis sume illico virgam: est virga indigna-

tionis & non regiminis: equidem cum conetur subsistere fatuitatis insulata intentionum, & subsistere non possit, quippe delitium; virga ostendit & in penam totum pro regimine rigorem; quoniam instam cognoscit ad prudentiam paupertatem (pro tinctis latinitate, sed non imbutis, utimur aliquoties lingua materna: qua in praesentiarum vigilantem) *el necio luego acude con ira a la vara de Prelado y Superior, quando no ay que responder.* Idem profecto velle illum dirigere in prudentiae rectitudinem: ac experiri in stulto totius indignationis potestatem: equidem mordicus semel conceptum tenebit, etsi gregem, vel mundum totum conturber. Aliquid dignum reflexione laet, quod brevi expediam, quippe egi fuse, *Tautolog. 1. Didascal. 1. a n. 5.* Pendere: *Indignationis eius.* Cuius? Superioris assilgentis, sed odium in assilgentem ostendere recusantis. Ille inhiat tribulationibus, quia mordet stulticiae mucus, quod cognosci a cunctis subditis praesumit; at modò palam ulciscitur, male audier. Aliquid in vitionem cogitandum, specie virtutis, iustitiae ac religionis embolium. Ceterum quid? Inter utrumque Superiorum pactum: Praefesque inferior, dum ab illo praetor plectitur iustus, non sua dicit, sed in *virga indignationis eius;* quoniam ille uti iustum iuxta leges praerirerit, nisi Superior subalternum Superiorem iuberet. Hic habet magni, fieri minister Superioris iniulticiae contra insontem & innocentem; dum primus Praefes inferioris vidit stupiditatem, aptam stulticiae, atque praemeditatae fatuitati: igitur Superior handquaquam iuberet, nisi paupertatem inferioris agnosceret. Sed quid inde? Orta est immortalis ignominia unde expectabatur gloria. Perferutare sequentia.

Quicquid displicet, est sensum muneris censet.

Passio inter Praefides sepe adversus insontes.

Verf. 2.

Effectus paenitentiae.

Stultus honore a deo ratur.

non

non agnoscat; honoris sublimis auctoritas, non in lucem confertur, sed in tenebras: non in gloriam & euleam, sed in infamiam: igitur stulticia ostendit insensatam turpitudinem, unde sibi conciliare expectabat splendorem. Haecine in stultum fabrica ruit, quo phantasia erigere statuit. Sub metaphora aedificij praeterea fertur ingrati indigni exaltatio, & parit ruina in ipso aedificationis ministerio. *Vinea facta est dilecto, sepovit eam, & lapides elegit ex illa.* Ad illam, utique: siquidem lapides, eliguntur in aedificationem: sed ex illa? Sanè: in ipsa erectione ruit fabrica: dicunturque lapides ex illa extracti, qui ad illam collecti; ut constet quam futis exaltatio, ex honore indignè collato insipienti stulto: igitur eadem actione qua elevatio studiosè aedificatur; pondere indignitatis insatuati demolitur. *Debet enim semper* (insit Seneca de Tranquill. cap. 5.) *plus esse virium in latore, quam in onere. Necessè est, opprimant onera, que ferente maiora sunt.* Stultus quia stultus incumbit splendori dignitatis, sed uti asinus baivlus succumbit oneri. Non est habitas in prolubio eligentis: ad prudentiam pondus stultus non habet vires. Notat Perlius Satyr. 5. v. 93. *Non Pratoris erat stultis dare tenuia veram officia, atque usum rapido permittere vita.*

Mai. 5. 2.

Destruitur quom aedificatur.

Senec.

Perf.

DIDASCALIA IV.

Nihil amabilius, quam diligens stulticia.

1. Namabile vocavit Marc. Seneca, lib. 7. *Controv. 5.* Intulit crisi fastose: frontis severæ fastidium, quod primum prudentiae elogium: equidem ad tempus diligenter stultescere (Vulgo: *Haec se zozzo*) non desipere, sed sapere. *Tempora stultitiam, gravitatem sepe vicissim.* *Deposcent: prudens desipit, atque sapit.* Insit Iacob. Bornitius, *Emblem. 25.* *Stimul insipientis & stultus peribunt:* dicit Psalmodographus. Animi sanè morbus, ubi simul insipiens & stultus. Ideo languet ratio, quippequam laborat morbo:

Bornit.

Pfal. 48. 11.

Summa prudentia sub velamine stulticia.

sed prudentia praevalet; ubi stulticia procul insipientia valet: igitur permulta in exitum felicem gaudent utilitate quippe a prudentia constructa sub velamine stulticia. *Stultus est & stulticia est cum eo:* dicitur de Nabal. Stultus est, qui despicit, quasi sciret: non stultus qui videtur, quasi desperet: diciturque de Nabal, quòd esset stultus & stulticia cum eo; quia potest esse in stulto stulticia separatio: quandoquidem discretione Praesidis, in urgentia regiminis; magna dirigitur arte, intocum dissimulatio per speciem stulticiae. *Ne ipsa quidem universae philosophiae vis, licet tota in hoc vires suas advocet* (inquit Seneca, *Epist. 94.*) *duram iam & veterem animis extrahet pestem: sed non ideo nihil sanæ, quia non omnia. Pleraque ante oculos posita transimus; sepe animus etiam aperta dissimulat:* tuncque aliquomodo extrahitur pestis, animus excitatur in amorem virtutis, sanantur aliqua, etsi non cuncta; quippe prudenter dissimulantur aperta, quantumvis cognita. Monet Terentius in *Adelph. Act. 5. scen. 4. v. 2.*

1. Reg. 25.

Senec. Ubi innotata: vitia inania medicamenta.

Terent.

Prov. 30. 32. Ar. Mont. Nescientia afflata sublimitas discretioni est, cuius mentis.

1. Cor. 3. 18

Res, etas, usus aliquis monet. *Ut illa, que te scire credas, nescias.* Igitur propositum directionis conficitur, dum consulto ignoratur, quod manifestè cognoscitur. *Est qui stultus apparuit, elevatus in sublime, uti vidimus fuse Didascal. praeced. Ar. Montan. Est qui stultus stultè & in sublime.* Stulte stultus est, qui non dissimulat: stultus videtur, sed non stultè, qui nescit quæ non ignorat: & in sublime dignitatis unde abest prudentia, datur stulticia stulta; ut eluceat prudentia dissimulatio quam grata: equidem oblique aliqua inspicere pro opportunitate temporis, syndereis commendatio, sublimitas discretionis.

2. *Nemo vos seducat* (alloquitur Paulus Corinthios) *si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc saeculo; stultus fiat, ut sit sapiens.* In hoc cardine vertitur tota machina regiminis, phrenesi moderacionis. Qui stultus pensens fit, stultus plane non est. Stultum profectò, curare vulnera, quum sint ex medicina peiora; siquidem sollicitudo tunc handquaquam in medicamen, sed in exacerbationem. Aptius praerirere, quam medicam apponere. Videtur stultus stultus, qui in medelam vulneris observat tempus: fitque medicus sapiens, dum videtur insipiens; quia solummodo videtur: igitur ut vulneri operosè medeatur, sapienter stul-

fulscie, quasi vulnus non agnosceret. Fit, non est: tuncque videtur sapiens, quippe fit; siquidem vulnera recrudescerent nimis, ni indulgeret vulneratis. In hoc saeculo dicit. Saeculum hoc est hominum fragillium, intimè vulneratorum; qui ita complacent sibi, ut plagati insipienter vulnera habere: gliscit peltis, si cognoscunt cognosci: pravalet morum corruptio, praemeditato, dedecore: Et in hoc saeculo Praeses debet fieri stultus; ne viscerum putridorum angeatur morbus: etenim etsi vulnerata praecordia, agrè ferunt manifestari vulnera. Decori aliquando consulendam, quippe vulnerum multoties curatio nulla, laesa ex curatione fama. Prudentia est opus in huiusmodi vulnus: & nulla maior prudentia, quam diligens stulticia; ut indulgentia removeatur, quod duntaxat dissimulatione expellitur: igitur consulens honori alto tenore prudentia. Praeses scire stultus apparet; ne vulnera manifestet. Zelo legis aliquando qui regunt speciosè falluntur; ut remedia sollicitent muneris auctoritate, & nequaquam dissimulationis munere; ne delinquens insolecat: dicitque Paulus in huiusmodi tractu, Nemo vos seducat, quoniam tunc non fulscere, haud sapere; sed seduci.

Dexteritas Praesidis in medicina dissimulatio vit.

Oth. Vxn.

Amor cum perpendiculo.

Bernard.

test mederi. Tunc perpendiculum rectum, quum hinc inde perpendiculum; quoniam decorum in rectitudinis examen, non servare pro tempore rectitudinem. Lex tunc prosperè recedere a lege, ut appetant, qui recesserunt rationi, nesciente scientia, & cognoscente ignorantia: alioquin si decretorum actio legis adaequatur perpendiculo; ipsa rectitudo legis sine ordine ac sine modo. Stultus esset Brutus, ni videretur stolidus. Brutus erat stultus sapiens imitator. Ait Ovidius, 2. Fastor. v. 717. Tulio cognoscens opprobria, tulit indigna: equidem haud Republicam formasset & reformasset; ni stultissimum, cuncta cognoscens, se ostenderet. Unde Iuvenal. Satyr. 4. v. 103. succinit: Quis priscum illud miratur acumen Brute tuum? Equidem vel cognitis iniurijs, apertis oculis, hebetare intelligentia luminum aciem, est discretionis singularis acumen. 4. Ecce ego mitto vos (dixit, asseclis Iesus) sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes. Prudentia ergo necessaria est in luporum regimen (si lupi regi possant) cum nullum admittant in modum deramina fixum: equidem parum refert & confert, habere Praesides conditionem ovium, ni sint prudentes. Quos sum ergo ut prudentiam regentium altius commendet; symbolum ovium inter lupos stantium pra oculis profert? Ut leonibus terribiliores evadatis: inquit Chrysostrum. Homil. 34. in Matth. iuxta Version. Antwerp. Ioann. Aniani. Quasi leones terrorem inferatis. Facile sanè regimen, ubi subditi aliquomodo vel suscipiant, vel suscipere possunt moderationem: difficile propterea, summaque indiget discretione; dum subditi lupi, qui propter morum feritatem pluisquam bestiae, in morsus proni, qui nihil amplius sciunt, nisi vorare & mordere. Ita quasi natura conditione faciunt, quia ni lacerent, moriuntur. Lacerant, mordent, vorant. Horum autem rectoribus nulla ignorantia: tuncque maxime necessaria prudentia; quoniam inter rapaces truculentos lupos, qui profertur ita infelicitate, tolerare debent morsus. Si remorderent, proculdubio qui lupi percellerentur in rabiem. Morsus ferre, imò perferre, nec hiscere; ovium profectò conditio, quam imitari debent qui po-

Ordine discretionis regenda obsequia la ges.

Ovid.

Iuvenal.

Matth. 10. 16.

Chrysostr.

Qui subditi lupi.

Præsides tiantur gubernaculo: equidem cum minus prudentia sit, morsus intelligere & pati, nec labia pro iniuria illata aperire; ut regiminis recti inter lupos obtineatur propositum, Praesidum cordatorum, adinstar ovium, nec verbum. Prava indole si morsum sentiri senserint, quita fecerunt facient. Summa utique feritas, ubi ex dolore Praesidis luporum subditorum voluptas. Tunc consilij manus, sentire morsum, sed non explicare sensum: equidem intuitus luporum fraudatur, si dolore morsus Praesides non commoverent. Iudicantur tunc stulti, quasi insensibilitate, vel insensatione (Vulgò: juzgase insensatez, no explicar el dolor, quando tiran a darles en que sentir) verum cum summitas prudentia sit, dolere, & intimè dolere, intentionem luporum prospicere, nec verbum loqui; adinstar ovium, mens tunc debet esse Praesidum: igitur connivere debent, quasi non sentiant, etsi subditi lupi lacerent acrius & mordeant. 5. Periculum est in utroque extremo, mansuetudinis scilicet & severitatis, quod quidem fugiendum pro opportunitate temporis: equidem si ubi severitas, exacerbat improbitas; sunt lupi subditi magis audaces, Praesides suos modò senserint oves. Oves signantur Apostoli in conversionem mundi; illosque Christus iubet studere prudentia: igitur si illorum cordis intentum conversio morum; nil efficacius, quam scire ac nescire ferendo vulnus, & contemnere morsus. Causa ad manum. Qui lupi, insita pravitate, peccore truci tanquam in carnificinam, invchuntur in Praesidum vitam & famam, eligentes potius mori, quam regi, excutientes iugum legum, quia nolunt iugum, blasphemantes illarum & illorum maiestatem, callentes demum flagitiorum ultionem; quoniam pra luporum consuetudine, nonnunquam cupiunt vivere sine lege. Inlinitum, ne sint lupi, universale subditis est: morsus in Praesides sunt; lupis timentibus (etsi oves sint Praesides) memoria morsus: Christusque dum lupos convertendos ostendit, oves quae morsu non remodent, exponit; ut sciant Praesides, morsus non curari morsibus, neque vulnera vulneribus; sed tantum, vulnus vel gratis illatum, mutatione cordium inferentium: siquidem cum facilius convertantur, ubi à Praesidibus iniuria illata indulgentur; cedent

Præsides oves & morsus ferant, nec bisant.

Quasi nec sentiant.

Qua arte vobellium subiuganda cordat.

Facilius est iniuriarum obviare.

profectò rationis legi vel subditi lupi, cum meditata Praesidum iniuriarum oblivione. Hinc quasi leones terrore lupis inferunt: equidem subditi lupi terrentur; quippe in morum conversionem excusationem non habent. Excusationem fingunt subditi, ni aliquid subtrahatur severitati. Non terrentur, ubi nihil praemittitur, sumpta amulsi actionum iuxta apices intolerabiles legum: & ut Praesides terreat lupos subiectos, mitrit Christus sicut oves inter lupos; quoniam quasi non offensi, quasi non morsu, cognoscentes & delicta & iniurias dissimularunt, quasi nihil propter munus à subditis paterentur. Sensus subtilius prudentia, est sensum dissimulare. Unde Virgilius de Umbone dicit, 7. Aeneid. à v. 753. Graviter sprantibus byaris, Malcebatque iras, & morsus arte loquabatur. Virgil. Ars artium profectò moderatio hominum. Vifa excitant in vindictam lubricam bilem: morsus serpentium, quia virulenti, dolorem; mulcenturque consilio & ira & morsus, etsi in praecordia impactum caecum intolerabile vulnus, quoniam summa prudentia, morsus simulare & vulnera: equidem si stulticia sensu in dolorem carere; sensus cordati sentire, & sensum ad dolorem studio, ac vultu dissimulare. 6. Prudens Salomonis plauditur regimen, ut vidimus Tautolog. 1. à n. 21. ad illud: Erat Rex Salomon regnans. Sciebat delicta multorum, & pravum erga illam affectum; quia corda in alium pendebant, ut regeret, & illum affectio summo studio declinaret: dicitque, Antecedebat me ista sapientia, & ignorabam. In ignorantiam non acquiritur sapientia: signaturque in Rege prudenti & cauto ignorantia pro sapientia; quippequam aliquando expedit recto regimini, pleuraque scita ignorare. Subditi mordebant exaltatum in dignitatis culmen, igitur respuent prave affecti Salomonem; quippe dicunt, in quem propendat factio: cor: Ecce plusquam Salomon hic. Sciebat Salomon apud illos malè audire, eiusque actiones in deterius retorqueri: simulque notat horum sapientiam, & horum ignorantiam; ut ostendat Regentibus in moderationem formam: equidem regiminis prudentissimi munus, scire & nescire subditorum morsus. Si ignoraret planè, non esset dissimulatio: igno-

Doloris sensum dissimulare, altissimus sensus.

Sap. 7. 14.

Summa medicina, de vulneribus affectata ignorantia.

rabat consulto: & dum ignorantiam praesignabat, artem regiminis ostendebat; quoniam acquibat esse ignorantia in ignorantia, si antecedebat sapientia. Aliud est sensus sapientiae, & aliud sapientia sensus. Salomon non gloriatur (etiam minus decori) de decore sapientiae; sed de sensu, dum Princeps sedet in throno. Optavit (ait) & datus est mihi sensus. Sensus sapientiae, est ignorata scire: sapientia sensus, est praecognita ignorare. Illud, scire arcana; hoc, verò, ignorare scita. Illud, sapere speculative in regimen: hoc regiminis prudentissimi culmen; igitur connivet studiosè ratio, quod non indulget cognitio: Salomonique in moderationis usus, cum sapientia sapientiae confertur sensus; quia morsus subditorum arte & consilio levabat, & iam cognita nesciebat, ostendens in regimine sublimis prudentiae acumen, ignorantiam manifebans contra propriam cognitionem. Non monstrum huiusmodi nexus, sed sapientiae sensus pretiosissimum munus. Haec miscere, nefas. Inquit Perlius, Satyr. 5. v. 122. Non est utriusque confusio; sed phrenesis exaltratio: equidem plura corriguntur affectatè ignorantia, qua nequeunt perfici à cognitione cognita. Icitò Salomon dicit: Antecedebat me ista sapientia. Non absolute sapientia, sed ista. Sapientia est in cognitionem: ista in regiminis artem. Ars in regimen, est scire & ad scita indulgere: sapientia est cognita demonstrare: & ut regimen affert prudentia, ea adest sapientia & ista; quia ex sapientiae sensu; insignis in administrationem moderatio: igitur ista rector cuncta cognoscit, indulgens quasi nesciret. Ista. Aliquid later, quod plurimum refert. Sapientia quid agendum dicit: ista, quomodo agendum. Modus est sapientia, & sensus sapientiae; ut modus sit in ipsa moderatione: quandoquidem ni consilia iuxta prudentiae modum, qui tenet habenas in munus non habet sensum. Ratio exponenda. Qui indulget, & indulgere ostendit, habet sapientiam, sed non habet istam; quia ista in prudentem moderationem feriem; dissimulat ipsam dissimulationem. Errat sapienter ineptiens, quisquis vult illo tunc videri sapiens. Diluit bellicorum; certo compefcere puncto. Nescius examen. V. etat hoc natur a mededi,

Verf. 7. Discrimen inter sapientiam sensum & sensum sapientiam.

Perf.

Prudentia in regimen subditorum, ars artium.

Idem.

Ut succinit idem ibid. v. 100. Si dissimulatio medicina, vulneris dissimulatio dissimulanda. Indulgentia est in excessus correctionem, quasi medicus vulneris non haberet speciem. Si cognoscitur, propositum evanescit, quia contra naturam medendi medicamina apponit, nescius examen in faucio, certo compefcere puncto. Exacerbatur vulnus, quia desuit in medicamine dissimulationis modus: igitur faucis indulgentiam haud praecogitavit vulneris medicamen; sed dissimulatam arte in opportunam ultionem. Altius erigitur Salomonis sapientia: in qua non solum sapientia, sed ista; quoniam in medicamina vulnerum (propter sapientiae sensum & prudentiae modum) ita latebat proficua dissimulatio; ut nequaquam à faucibus cognoscere cogitio. Adinstar filicis in pedore, qui prudens, ignem viscera pascentem continet. Adinstar horologii inter motum rotarum in corde strepitus lateret. Nihil mirum, si esset sine pondere nutum novum, quòd sileat pectus, si gravat pondus: igitur adinstar ibicis venena debet votare; & uti struthio vel durissima concoquere quin vel speculator maximopere cognoscit, quomodo Praes zelo ardeat, & tor venena devorare queat. Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes: inquit Paulus. Quae videntur eadem, constant gaudere diversitate. Non sufficit intelligentia in intelligentiam; quae non lumen immittit intelligenti, sed umbram; quoniam intelligentia sine prudentia haud mentem illuminat, sed praecipitat, & quod deterius, sine cognitione erroris: dicitque Paulus, non imprudentes, sed intelligentes; quia qui tantum intelligent, non intelligunt, eò quòd sensu non imprudentes, sed sunt. Quomodo sunt? Dicit ibidem: Videte, quomodo cauti ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes. Intelligent enim qui excessus dissimulant, ut corruptelam morum artificiosè depellant; sed alij circumspèctè, & alij stultè. Alij sapienter, insipienter alij. Insipienter, dissimulare indicantes sapienter, dissimulationis cognitionem abscondentes; quasi ignotum vel non factum, quod meditanter indultum: & iuxta Paulum ut floreat rebus gerendis prudentia, sapientia & sapiens prorsus necessaria; quoniam Praes in his quae obit, quaeque sine prudentia intelligit, non intelligit. Sal igitur in usu regiminis in-

Dissimulatio da distummo latio.

Symbola artem in dissimulatione.

Ephel. 5. 17.

Intelligentia sine prudentia dicitur viti.

Verf. 15.

infatuatur, & insulsus, uti tatus, iure projicitur. Plura ut dolenti in languore accepta sint, nesciente aegrotò curanda sunt: & prudenti in opus intelligentia est opus, ut non insipienter sed sapienter procedat medicus; quippequam in medicamen vulnerum nihil agit, si Praes cognoscere aegritudinem cognoscitur. Non vi agendum, sed arte. In rem accinit Euripid. in Orest. à v. 707. Navis intento vi clavo mergitur. Odit Deus nimium vehementes impetus, Et oderunt cives. Oportet te sapienter servare Non vi: non pugnando; ut fortassis putas. Arte opus est, celeritas claudicat, igitur, ut ait Seneca de Tranquill. cap. 11. Magna pari hominum navigatura, de tempestate non cogitat. Optimus in expeditionem modus, profecto expectare tempus. Semen bonum seminatum in agrò regiminis, sed plerunque malitià ager scater zizanij. Cum crevisset herba, tunc apparuerunt & zizanija. Malum utique zizanija in pacem; sed in malo fortuna, quod apparuerint: equidem summopere nocent, si zizanij florentibus, zizanija latent. Aliquibus ineptis videtur illiusre factus, in zizanija non intendere vultus; quasi ipsa propria conditione caderent, & sepulta non florent: ac falluntur stultè, dum sic cogitant optimos proventus agri. Prudens agri rector, ut zizanija decidant, expectat & patienter, quòd appareant: equidem si non apparent, non sunt: si sunt & non apparent, maius periculum est; quippe zizanija uberrimè augentur, dum altitè & callidè propter pacem sepeliuntur. Vide dicta Tom. 3. T. 7. D. 2. & 3. Cedunt plerunque nonnulli, pacis specie; quippe protunc non datur locus ultioni. Sine vindicta haud quiescunt, & occasiones meditato inquirunt, sepultis odij zizanij silentiosè in terra cordis: & dum videtur crevisse tempore & tempore oblivionis herba; tunc sepulta cordis apparent zizanija: igitur qui arte sepelivit odium, gladum infert usque in capulum. De morsu Cerastae ait Allan. 15. Animal. cap. 13. Cicatrices, si quae sunt in percussis corpore, etiam si consenserunt; tamen recrudescunt & rampuntur. Saepè & virulentè iterant morsu vulnera Praesides; quippe vulneribus sepulto dolore obdurae sunt cicatrices. Vulnera occulta non Tom. V.

Intelligenda nequaquam dictamina Praesidium.

Euripid.

Senec.

Matth. 13. 26.

Ut expellatur morbus, detegendum est vulnus.

Vulnus cordis extrinsecè sanatum tempore, in vindictam recrudescit occasione.

Allan.

Ventum Cerasta.

cent, quia non apparent. Si apparuissent iustitia recta, non apparerent cauteriata vulnera: verum cum ad speciem tantum sic lenimine curatio, alio succedente mortua, non solum apparent fata zizanija, sed aperiantur inveterata vulnera, de quibus quasi diutina oblivione despectis, duntaxat videbantur in pectore cicatrices. At hoc aliàs & aliò. In textum reflectamur. Nesciebat agri Praes zizanij insectum agrum, & accepit à servis fatale nuncium. Audit, sed quiescit. Audita connivet; quasi nesciret. Interest illius, & quiescit pedes? Quiescit, quantumvis intus percellitur, ut species optima Superioris ostendatur: igitur ut zizanija repelleret, indulget quasi nesciret, & nescit quasi non noceret; indicans prudentia modum; equidem etsi audivè tantum malum, optimum est commotus ad primum nuncium. Servi dicunt & ferventi zelo, & ille audit superiori animo. Illi cogitant; Unde hoc? Ille prudentibus, An sit: igitur imprudentis esset, subito moveri in maligni nocentis cogitationem, priusquam damni zizaniorum acquireret certitudinem. Habuit dixerantque illi servi: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non. Cur ergo, etiam viso damno immotus? Non erat congruum putationi tempus: ager periret, ni prudenter indulgeret. Indulgendum proculdubio, unde maius malum ex remedio: igitur si ductus zelo ayerruncandi nocua, tunc conaretur extirpare zizanija; propter prudentia & occasionis defectum, zelo indiscretò totum destrueret feracissimum agrum. Importabilis siquidem absque scientia est zelus (ait Bernard. serm. 49. in Cantica.) Ubi ergo vehementer amulatio, ibi maxima discretio est necessaria. Semper quidem zelus absque scientia, minus efficax, minusque utilis invenitur: plerunque autem & perniciosus sentitur. Caulam ex ipso exhibebimus Tautolog. seq. à num. 30. Duo talenta regimini necessaria sunt: intellectus scilicet & prudens operatio: zelus cum prudentia in ministerio. Unius autem talenti nomine intellectus tantummodò designatur, sicut zelus sine discretionem perniciosus sentitur; qua de causa qui vidit zizanija in agro, prohibet evulsionem, pro discretionis usu. Apparent tunc: ac tunc evellenda? Non. Destruere agrum ob zizaniorum consortium, erat profectò non habere talentum. Quo magis acceleraret, magis offenderet: equidem haud

Praes haud moveatur prima notitia, ne commoveatur.

Verf. 17.

Verf. 19.

Zelus imò prudens in malum præcept.

Bernard.

hand esset prudentia decretum, sed insipientis veli ex abrupto precipitium: cavereque debet Superioris discretio, ne quid fiat ad regimen ex abrupto.

11 Dux populi creandus Moyses, & quatuor meditantur ut esset Praes. Ante electionem iam praclare commendatur: etenim non quarit, sed ad regimen quiritur. In recessu vivebat, & a Deo quaritur in recessu. Illo egebat populus, ut exeret servitus, & legem acciperet, qui vivebat citra legem. Non habebat hominem: & Deus in electione demonstrat seriem: quippequam dotes & homines invenientur, si desideranter, vel in deserto quaruntur: plerunque meritum amplissima claritas solet iacere inter bestias. Vocatus est in regimen & a Domino inter spineta Moyses, & cum unde vocatus perrexisset, dicitur illi: Ne

Dignit eligunt: qui in manus quaritur.

Exod. 3. 5.

Praeclara merita, laborum vulnera.

Praeser servus publicus.

appropies huc: si curiositas tanta, ut accedere velis, Solve calcamenta de pedibus tuis. Cor igitur ubi Moysis in regimen praefignatur exaltatio, illuc accellurus pede nudo? Quia silva scatebat veprium spinis, quibus lacerandi necessario pedes; & ut meritum in dignitatem clareat, necesse etiam quod calcamenta solvat, equidem tunc apparent dotes in gloriam muneris, dum fastigium obtinetur precio sanguinis. Electio sane gloriosa, per quam simul videntur merita & munera: rutilat etenim in dignitatem electi claritas, ubi accesserit in gloriam per meritum spinas; quippe praecleara merita, laborum vulnera. Aliter. Per sandalias, uti fusc vidimus Tom. 3. T. 5. Significatur captivitas, seu captiva libertas: & dum Moyses vocatur in regiminis fastigia, solvere iubetur calcamenta; quoniam minime quia regit, reget libertate vagae cogitationis, sed subditus iugo legis: non sui prorsus, sed pulsantium subditorum, mancipatus uti servus expeditioni causarum: equidem qui dignitatis obtinet celsitudinem, propriam debet pro subditis amittere libertatem.

12 Ergo in Didascalie propositum. Locus erat refertus mucrone veprium; nudoque pede, ut Moyses dirigat in regimine gressus, a Domino signanter docetur modus. Qui inter vepres pedibus nudis, vulneribus plane exponitur, ni gressus consideretur: iubeturque Moyses dum procedit, quod inter sentes calcamenta deponat; ut altè videat, quomodo in regimine procedat, quippe

aliquando sitendum, aliquando propinquandum. Si cuspis veprium subditorum riger, ne appropiet: equidem dum spina calcatur, vulnus cruento a subditis plantae inferitur: nullaque regenti praestabilis honos, cruentari a subditis & in subditos; quoniam excusatio turpis audacia profertur, eo quod subditi, quia subditi minime a Superiore reguntur, sed calcantur. Satius utique, ut procedat rectè ac sine vulnere; subditos vepres studio separare, quam pede nudo atque viribus opprimere. Quo maiori vi & violentia, ex spinis calcatis maiora vulnera: quandoquidem dum alia spina flexa cedit, si cedit; alia ex adverso alterius cessione pungit. Non novum: subditi pugnaces, & conditione pungentes, frequenter neantur in vulnera Superioris. Spinae sunt: appropiet Praes, si flexibiles sint: sin autem, ne appropiet huc: igitur si obdurefuerint, prius frangantur, quam flexantur: patetque Praesidis improvidentia, dum configitur spina. Ulterius. Planta nuda stat Moyses senticoso itinere, ut Praesidis in regimine constet modus procedendi; quoniam urget vulneratio, si inter veprium spinas processerit sine modo. Vadat, veniat; sed videat, quo modo vestigia figat: etenim ni pedetentim inter spinas gradiatur, compunctus a vepribus proculdubio configetur. Vernacule: *Clavariae*. Sensim tractanda quae difficilia; intractabilia, nisi expectantur sensim: opus profecto alienum a modo prudentiae, vepres subditos pertractare cuspidem. In huiusmodi articulo congruit, nec corrumpere gradum, nec accelerare gressum. Nec festinandum, nec recedendum: lente processus fiat, ut tandem tandem sine vulnere evadat: etenim omnimodam prudentiae ostendet moderationem, si in resolutiones muneris processerit pedetentim. Hispan. *Hombre de espera: hombre de estomago*. Hinc ut procedat Moyses, deponit calcamenta; unde videat, inter sentes qua arte collocanda vestigia: igitur vulneratus offensione male audit, si quicquam ex abrupto a Superiore processerit.

Subditi non calcandi, sed regendi.

Praeser offendent improvidentia, & lo, si procedit ex abrupto.

Cuncta divisa, praeser tempore & conditionis occasione.

13 Contra huiusmodi in regimine incommoda necessaria est meditata prudentia & diligens stultitia. Hæc ut Superior ad subita sitat: illa ut ad cognita sine vulnere procedat: alias in munere sine huiusmodi consilio, pro capite curbita pendebit è collo. At quomodo hic & nunc inter diversa, & saepe sapienti

traria, tenebitur regentis prudentia forma? Dicit N. Patriarcha, *Regul. Sancti*. cap. 64. Ita enim praesidem alloquitur: *In ipsa autem correctione prudenter agat, ne quid nimis: in quibus non dicimus, ut permittat nutrire vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire*. Dixerat ibid. cap. 2. *Neque dissimulet peccata delinquentium; sed mox ut ceperint oriri, radicibus ea, ut praevaleret amputet*. En diversa & contraria, & cuncta recta a prudentia: equidem quandoque prout cuique expediat, dissimulatione cedendum; & quandoque ne vitia pravealeant, in correctionem atque correptionem properandum. Multa quippe dissimulatione sanantur: multaque etiam correptione in deterius corrumpuntur: tuncque adest prudentia, quae iubet cedere, & iubet progredi: progredi, ne nutriantur vitia: cedere, ne eradicetur triticum, dum extirpantur zizania. Ipse dicit: *Ne quid nimis*. Nulla prudentiae regula, si quae nimia. *Virtutis ubique modus* (inquit Seneca. 2. de Benef. cap. 16.) *Aequè peccat quod excedit, quam quod deficit*. Praesidi ergo ex abrupto deficit dissimulatio: desidi verò, legum atque iustitiae dilectio. Medio tutissimus ibit, quisquis rationales rexerit. Floride Claudianus de *Bell. Getic.* à v. 113. *Non illis vani ratio ventosa favoris, Nec graviter expectata salus, ductorque placebat: Non qui precipiti traheret simul omnia casus*

S. Bened.

Idem.

Comiter prudentia tempore & modus.

Seneca.

Claudian.

Sed qui maturo vel leta vel aspera Consilio momenta regens, nec tristibus impar, Nec pro successu tumidus, spatiumque morandi, Vincendique modum, mutatis nosset habentis.

DIDASCALIA V.

Sub Iustitiae invictae palla, à iudice pravo vulneratur Iustitia.

1 A Rte opus est, ne claris luminibus abscondatur lux: quariturque subdole sicus fulgor, ut praetere possit deauratus error. Affectus

depravant Iustitiae rectitudinem, sed res nuuat affectuum recognoscit pravitatem. Unde offensa ornata Iustitiae culta, oculis extrinsecè grata, quia coloribus virtutis apprimè picta; iam non excusatur, sed defenditur: igitur Iustitiae habitus simulat Iustitiae vulnus: callidèque in tribunalibus floret, quae omnino confossa & confussa languet. *Pit* (inquit Gregor. Magn. 4. in Iob. cap. 25.) *defensionis audacia per elationem*. *Culpa enim quae terere mentem debuit, extollit, & deiciens elovat, sed gravius elevando supplantat*: igitur Iustitiae altius cognoscitur vulnus, dum eget vestibus. *Stultus est & stultitia est cum eo*: dicitur de Nabalo rustico, & insensato. Stultus est, qui iniustitiam Iudex facit, & etiam stultitia cum eo, qui iudicium pingit. Ut esset insensatus, fat erat Iustitiae vulnus: additurque stultitia cum insipiente; quoniam ingerit flagitia sub velamine Iustitiae.

Crimen non excusatur, sed defenditur.

Greg. Mag.

1. Reg. 25. 25.

Vulnus Iustitiae cognoscitur, cum Iustitia vestitur.

Nescimus, cuius sceleris sit maxima merces. Omnia posse manus: nec fas, nec vincula turis Hoc audere vetant: Ingrato iudice virtus Perit.

Inquit Lucanus. 5. *Pharsal.* à v. 286. *Malum sane, quod virtus peccat: peius, quod sub larva virtutis crimen pravealeat.* 2 Corpus Signi scorpionis in Zodiacis co (uti descripsimus *Ephem. num. 4. I. Sa. gog. Octobr.*) quia vultum, ab Astronomis in duo divitum, ita ut brachia, quae dicuntur *Chela*, efformant *Libra* Signum, reliqua *Scorpium*. Videris ibi dicta huic proposito. Alia notanda pro iudicibus Scorpijs, eorumque virulentis iudicijs. *Libra* est Iustitiae signum, *Scorpio* pravi iudicis elati in thronum: Iudex qui rectus intendit in Iustitiae leges iuxta acta litis: à pravo dirigitur causa iuxta voluntatis & affectionis probalia, sed ita deaurat processus actiones, ut sententia videatur fulminata, atque librata à Iustitia iuxta leges; quo Iustitia vulneratur, eo quod eius ornata crimen vestitur: equidem aequitate quaesita in tribunali pro libertate innocentiae, apparet iudicis scorpionis decretum; quia non Iustitia, sed Iustitiae duntaxat in *Libra* rutilat signum. Signum Iustitiae non est Iustitia, sed Iustitiae larva, quae propudiose videtur, dum iniquitas velata Iustitiae contone plauditur: igitur quae culta Iustitiae vir-

Cor iudicis iniquus per Scorpius Signum.